Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift



tuorum et uiuorum dominetur. ii. Tu
autem quid iudicas fratrem tuum? aut
tu quare spernis fratrem tuum? Omnes
enim stabimus ante tribunal xpi. Scrip
tum est enim. Uiuo ego dicit dns:
quia mihi flectetur omne genu. & omnis H. iv
lingua confitebitur deo. iii. Itaque unusquisque
nrm pro se reddet rationem deo. Non ergo
amplius inuicem iudicemus: sed hoc iu
dicate magis. ne ponatis offendiculum
fratri uel scandalum. Fra. iii. l. i.
Scio et confido in dno ihu: quia
nichil commune per ipsum nisi ei
qui existimat quid commune esse illi com
mune est. Si enim propter cibum frater
tuus contristatur: iam non secundum caritatem
ambulas. Noli cibo tuo illum perdere:
pro quo xpc mortuus est. Non ergo blasphe
metur bonum nrm. ii. Non est reg
num dei esca et potus: sed iusticia & pax. &
gaudium in spu sco. Qui enim in hoc ser
uit xpo: placet deo. & probatus est homi
nibus. Itaque que pacis sunt sectemur: & que e
dificationis sunt inuicem custodiamus. Noli
propter escam destruere opus dei. iii.
Omnia quidem munda sunt: sed malum qui
dem est homini qui per offendiculum man
ducat. Bonum est non manducare car
nem. & non bibere uinum. neque in quo
frater tuus offendit aut scandalizatur:
aut infirmatur. Tu fidem habes penes
temetipsum: habe coram deo.
Feria iiii. l. prima.

Beatus qui non iudicat semetip
sum in eo quod probat. Qui autem
discernit si manducauerit. dampnatus
est quia non ex fide. Omne autem quod
non est ex fide: peccatum est. Debemus autem
nos infirmiores imbecillitates infirmorum
sustinere: & non nobis placere. Vnus ii.
quisque nrm proximo suo placeat in bono
ad edificationem. Et enim xpc non sibi
placuit: sed sicut scriptum est in propheria in
properantium tibi ceciderunt super me. Que
cumque enim scripta sunt ad nram doctri
nam: scripta sunt ut per patientiam & consola
tionem scripturarum spem habeamus.
iii. Deus autem patientie & solatii det uobis
idipsum sapere in alterutrum secundum ihm
xpm: ut unanimes uno ore honorifi
cetis dm & patrem dni nri ihu xpi. Propter
quod suscipite inuicem: sicut et xpc
suscepit uos in honorem dei. Fra. v. l. i.
Dico enim xpm ihm ministrum
fuisse circumcisionis propter ue
ritatem dei ad confirmandas
promissiones patrum: gentes autem
super misericordiam honorare dm sicut
scriptum est. Propter hoc confitebor tibi
in gentibus: & nomini tuo cantabo.
Et iterum dicit. Letamini gentes
cum plebe eius. Et iterum. Laudate omnes
gentes dnm: & magnificate eum po
puli. ii. Et rursum esayas ait. Erit
radix iesse: et qui exurget regere
gentes. in eum gentes sperabunt.